Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Lubeca seu ut alii scribunt Lubecum / Saxonie Urbs illustris / ac Cesarea civitas / non-
dum in germania / verum et apud externas gentes nominatissima / a Vikbodo Virgo Cimbrorum
duce / ad Cimbricam Chersoneson quondam edificata / In eo loco / quem Venedes qui et Vandali / adhuc
Saxonie partem tenentes bucowiam dixere / Aucta per severissimum principem qui Kruto dicebatur / quem et Teu-
tonice appellabat. Anno xpi 1104. Ea porcio terre littoralis est / Inter magnopolensium holsatiensiumque
ducatus / duobus fluminibus Bagniso et Travo irrigua / que limpida flumina vernacula lingua Wagenitz
et Trab appellantur. Is Kruto ex nobili progenie marcomannorum et martinopolensium ortum habuit / potens
ac crudelissimus christianorum persecutor / Qui dominos de Vagern / qui de Starigardia seu de oldburg nominantur
In Femeren et peldte interfecit. Unus ex hiis ingenuus evadens / in daniam secessit: henricus nomine / Gotschalci
comitis filius. Is post aliqua tempora rediens Krutonem caput securi abscidit / inde suam ducens uxorem / Quo tempore
henricus quartus Imperio Romano prefuit In ea provincia omnes basilice sacerdotibus private, devastate erant /
fidesque christiana sopita / Urbs quoque lubicensis tempore vite ob principum bella sepius ducis henrici de leone
devastata fuit / Et Comitis Alfsi de holchsten / qui post sedatam discordiam urbem duci henrico permisit / in eo loco ubi
nunc sita est / Cum eius situs prius prope Swartau, postea prope herneborg fuit / ut doctus helmoldus refert. Ex m
ob negociaciones ex germania alta et bassa / et ex variis regionibus mirum in modum aucta est / Ut per nunc ultra
mare balthicum seu germanicum quod Stagnum vocant / In norwegiam / Sueciam, livoniam / In Russiam lituaniam
prussiam poloniam et pomeraniam / In ducatum magnopolensium / In daniam Angliam, flandriam / Scociam et Regnum
francie omnes mercaturas per stagnum: per terram in Saxoniam westfaliam et marchiam frequentant. Peritissimi astro-
nomi scribunt hanc nobilem urbem lunam suam habuisse sub signo libre / Et fundatam in singulari dei gracia.
Cum incole urbis propter eius finitimis devociones admodum divinas exercerant / Sentit tamen dulcem nucleum in amara
testa / Deinde anno primo et tricesimo supra undecies centenum domini inferioris vandalie lubecam devastaverunt
quam Comes Alff de holchstein iterato instauravit ad arcem / ubi nunc predicatores habitant In septentrione ac
fine civitatis. Anno 1149 Lubicenses immemores dampni illati / Copias in provinciam Rugen educentes / cladem
per effusionem sanguinis principi et potentatui eius intulerunt. Episcopatum Lubicensium Anno salutis 1161 an-
tistes duodecimus de Oldenburg seu Starigardia In Vagern Geraldus / auxilio ducis henrici de leone / primo
obtinuit / Qui tredecim prebendas pro omni necessaria in decimis villis ac possessionibus dotavit: Crevit
igitur Lubecum in potentissimam civitatem / Oldenburg autem defecit. Cum autem fridericus huius nominis primus
hanc urbem ingenti exercitu obsedisset: henricus lubicensis episcopus / pacem a Cesare impetravit // ut favore du-
cis henrici Cesari obedienciam prestarent. Is antistes summam ecclesiam dimisit Et monasterium ad sanctum Johan-